

179. 555.

γῆμα decantatum *Mentiri*, olim Authoribus JULIO PFLUGIO Episc. Naumburgensi. JOHANN. ISLEBIO AGRICOLA, MICHAELE HELDIO, elaboratò, de quo confer. Ejusdem *Reverendissimi Theologi, Domini JO. FRID. MAYERI, Catalog. Scriptorum, qui Romam Reconciliabilem esse voluerunt.* Vid. etiam JOH. BENED. CARPZOV. *Isag. Lib. Symb. in Form. Concord. Sect. III. Asserti. Generali I. pag. 1286.*

Turpe deniq; est non animadvertisse Authorem Project. hoc esse mendacissimum, vel tandem ac ultimò ex allatis etiam pro declaratione processus rei exemplis; Cum omnes Orthodoxi Lutherani ubi ubi locorum etiam in Hungaria sint, ne latum quidem unguem à veritate Doctrinae caelestis, quam Majores nostri Pietatis nomine celeberrimi, & agnoverunt & professi sunt, discedere velint, sed adjuvante nos Domini Spiritu, Constantiter summaque Concordiâ, in pio semel jam factò consensu perseveraturos esse decreverint & decrevimus. Vid. Praefat. Lib. Ecclesiarum Lutheranarum Symbolicis praeposita & publica auctoritate munita.

Tantum circa impossibilitatem unionis Ecclesiasticae in Hungaria. Pereat nihilominus quis pacem oderit, à facie DEI & Angelorum malè pereat: Imo jam nunc (ut frustra sint haec dira) quisquis est, oppidò periit; Ad pacis enim praemium venire non possunt, qui pacem Domini discordiae furore rapuerunt, graviter (ut solet) Cyprianus.

SOLI DEO GLORIA!



11.20

410

D. B. V.
**RA PECCATI
GINALIS**

IO SECUNDA

Quam

NASIO EPERIESSINEN-
Regni Hungariae Augustano-
angelicorum,

is A. C. d. J. oc **IXIX.**

Generalis & Solennis publice
andam sistit

R A S E S

POMARIUS

L. D. ET P. P.

erator & Director Supremus,

PONDENS


INIDES, ZARNOVIENSIS,

Logicae Studiosus.

Majori Horis ab VIII. matutinis.

T P H A

ORGIVS SAMBUCH



TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

γῆμα decantatum *Mentiri*, olim Authoribus JULIO PFLUGIO Episc. Naumburgensi. JOHANN. ISLEBIO AGRICOLA, MICHAELE HELDIO, elaboratò, de quo confer. Eiusdem *Reverendissimè Theologi, Domini JO. FRID. MAYERI, Catalog. Scriptorum, qui Romam Reconciliabilem esse voluerunt.* Vid. etiam JOH. BENED. CARPZOV. *Isag. Lib. Symb. in Form. Concord. Sect. III. Assert. Generali I. pag. 1286.*

Turpe deniq; est non animadvertisse Authorem Prosect. hoc esse mendacissimum, vel tandem ac ultimò ex allatis etiam pro declaratione processus rei exemplis; Cum omnes Orthodoxi Lutherani ubi ubi locorum etiam in Hungaria sint, ne latum quidem unguem à veritate Doctrinae caelestis, quam Majores nostri Pietatis nomine celeberrimi, & agnoverunt & professi sunt, discedere velint, sed adjuvante nos Domini Spiritu, Constantè summaque Concordià, in pio semel jam factò consensu perseveraturos esse decreverint & decrevimus. Vid. Praefat. Lib. Ecclesiarum Lutheranarum Symbolicis praeposita & publica auctoritate munita.

Tantum circa impossibilitatem unionis Ecclesiasticae in Hungaria. Pereat nihilominus quis pacem oderit, à facie DEI & Angelorum malè pereat: Imo jam nunc (ut frustra sint haec dira) quisquis est, oppidò periit; Ad pacis enim praemium venire non possunt, qui pacem Domini discordiae furore raperunt, graviter (ut solet) Cyprianus.

SOLI DEO GLORIA!



11.20
410
Q. D. B. V.
**DE NATURA PECCATI
ORIGINALIS**

DISPUTATIO SECUNDA.

Quam

**In ILLUSTRIGYMNASIO EPERIESSINEN-
si Inclitorum Statuum Regni Hungariæ Augustano-
Evangelicorum,**

A. D. 30 Octobris A. C. 1710 IXIX.

**In ipso Actu Examinis Generalis & Solennis publicè
ventilandam sistit**

PRÆSES

SAMVEL POMARIUS,

S. S. THEOL. D. ET P. P.

diſtictique Gymnaſii Moderator & Director Supremus,

& RESPONDENS

JOHANNES STEPHANIDES, ZARNOVIENSIS,

Theologia & Logica Studiosus.

Habebitur in Auditorio Majori Horis ab VIII. matutinis.

BARTPHÆ

Imprimebat GEORGIUS SAMBUCH.

GENEROSIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, EGREGIIS,
Prudentissimisq; Viris ac Dominis,

DN. N. CURATORIBUS & INSPECTORIBUS
ILLUSTRIS ATHENÆI EPERIENSIS,

Quod est Inclutorum Statuum Augustano-Evangelicorum
Regni Hungariæ partium superiorum & inferiorum Splendissimis, Gravissimis, Meritissimisq;

DOMINIS PATRONIS ATQ; PROMOTORIBUS
suis obsequio devoto, & officio perpetuo plurimum Venerandis ac suspiciendis, Actum hunc Disputatorium Publicum

In ipso EXAMINE SOLENNI ac GENERALI
magnificâ & honorificâ suâ presentia Dignatis,

EXERCITATIONEM ISTAM THEOLOGICAM
animo submississimo

D. D. C. Q;

ET SUI GENEROSISSIMIS DOMINATIONIBUS
Valetudinem in concussam, Vitam longævam, Regimen Reipublicæ ac Scholæ hujus gloriosum, & Perpetuam Prosperitatem totopectore precatur, seq; ac Studiorum suorum uberiora incrementa, & optatam promotionem fidelissimè imposterum commendat.

Cliens Devotissimus

JOH. STEPHANIDES

Respondens.



IN NOMINE DOMINI JESU!
DE NATURA PECCATI ORIGINALIS
DISPUTATIO II.

§. 1.

Exhibuimus pro nuper Disp. 1. Exercitationis nostræ Theologi-
cæ De Naturâ Peccati Originalis, talem ejus Definitionem: *Peccatum Originale est horrenda corruptio totius Naturæ humana, ex lapsu Protoplastorum orta, & ab illis per carnalem generationem in omnes ipsorum posteros propagata, consistens in defectu Imaginis divinæ & concupiscentiâ prava, irâ divinâ nos reos faciens, mortem promerens, & nisi fiat remissio propter Christum, actu inferens.* Nunc Analysin & Exegesin ejusdem, quod Deus benè vertat! pertractare aggredimur.

§ 2

DEFINITUM est *Peccatum Originale*, Quod Vocabulum non quidem *Biblicum* est, ἀνολεξεί & eisdem Syllabis in Scripturis existans, sicuti nec vox Trinitatis ομοουσιᾶ. Unionis Personalis Communicationis Idiomaticum Sacramenti: sed *Ecclesiasticum* tamen, in Scripturâ Canonicâ quoad rem factis fundatum, ab Ecclesiâ Catholicâ magno consensu receptum, & quod observat Chemnitius part. 1 Locos Theol. Loc. de P. O. p. 200, 206, 207. Gerhardus Tom. 2 Loc. eod. § 68. Meisnerus Antropol. Sacr. Disp. 5. q. 1. § 7 sqq. Brochmanus Tom. 1 Syst. L. de Peccato cap. 5. p. 125. Himmelius Syntagm. Theol. Disp. 9. §. 7. Rivetus Synopsi Theologiæ Leidensium Disp. 15. §. 8. ab augusto Patrum Daducho & Coryphæo *Augustino lib. 2. Retract. c. 62 primitivus* in scriptis inventum, obveteratoriam Pelagii κυβέαν καὶ πανουργίαν detegendam, qui omnes veterum appellationes, quibus hoc peccatum designaverat, sophisticè prorsus elisit ac elusit, sed hac nomenclaturâ unicâ, tanquam angvis lubricus folio sicut.

hoc confiteri ualeat, nec amplius elabi potuit; non obstante quiri-
tione Pelagii, ~~namque~~ hanc esse, Scripturam & Patres ignorare hanc
musteam distinctionem Augustini inter peccatum Originale & Ac-
tuale, & saltem de peccato in genere tractare. Perinde ut olim Pa-
tres Concilii Nicæni in *Tractatu Fidei* posuerant uerbum *Homousion*,
quo confitebantur Filium Dei consubstantialem esse Patri, quod
uiderent id Adversariis esse formidini, ut tanquam euaginato ab ipsis gladio
ipsum nefanda caput hæresis amputarent, quæ sunt uerba Ambrosii de fi-
de ad Gracianum l. 3. c. ult.

§ 3

Peccatum *Originis* ratione *Etymi* sic appellatur, non ab *Origine mundi*,
quasi uel ante mundum fuerit, uel statim cum mundo creati
corperit, quod Manichæi uolebant, sicut agnus occisus dicitur ab
origine mundi Apoc. 13, 8. ratione æterni Decreti, & Prote uange-
lii Paradisiæ, ac sacrificiorum Typicorum, qui tamen ratione acti
non fuit frequenter passus ab origine mundi, sed semel tantum in cō-
summatione seculorum, Ebr. 9, 29. Nam ab æterno cum solo Bo-
no Deo nihil nisi solum bonum fuit, & in tempore ab eo nihil nisi bo-
num per Creationē productū fuit, *Mr. 19. 17. Mr. 10. 18. Luc. 18. 19.*
Gr. 1. 3. 1. Tim. 4. 4. Mr. 7. 37. Nec ab origine hominis conditi, quod à
primâ statim Creatione seminium aliquod aut principium & dispo-
sitiuo ac inclinatio naturalis ad rebellionem uirium inferiorum con-
tra superiores in Adamum infusa fuerit. Nam Deus fecit hominem
rectum *Eccles. 7. 29.* non creata est hominibus superbia, *Sir. 10, 22.*
Quod Deus odit ne feceris; non dicas *αὐτός με ἐπλασεν*, ipse me im-
plantauit, non enim opus habet viro Peccatore, *Sir. 15, 11, 12.* Cum
Diabolus dicitur homicida *ἀπ. αρχ. Joh. 8, 44.* nec istud quidem de
principio creationis, sed defectiouis accipiendum est: quia *primum ho-*
minem occidit, non gladium stringendo, aut aliquam vim corporaliter insti-
gendo, sed persuadendo peccatum, & à Paradisi felicitate dejiciendo, expli-
cante

canē Augustino l. 2. contra literas Petiliani c. 13. sed Originale, di-
 citur partim ratione *Principii*, quod fuit Adā & Evæ, origo & radix
 prima totius generis humani, à quibus istud peccatum in mundum
 introductum, & in omnes Liberos ipsorum propagatum fuit, *Gen. 5. 5.*
Rom. 5. 12. 1. Tim. 2. 14. Sir. 25. 31. 33. 4. Esr. 3. 21. 22. 30. 31. e. 4. 30 sqq.
6. 9. 17. partim ratione *Subjecti*, quod cum cujusvis hominis origine
 etiam hoc peccatum suam sumit originem, *Originale dicitur ab origi-*
ne, hoc est ab initio unius cujusq. Personæ, quoniam in ipsa ejus trahatur ori-
gine, scribit Anshelmus Tract. de conceptu virginali c. 1. Quam pri-
 mum anima humana à Parentibus foetui communicata est, tam pri-
 mum Peccatum Originale in ipsa ceu Subjecto suo primo residet,
Ps. 48. 8. Ps. 51. 6. Ps. 58. 5. Io. 9. 34. Sap. 12. 10. Ioh. 3. 6. Ephes.
2. 3. Antequam nascimur, maculamur contagione, & ante usuram lucis, Ori-
ginis ipsius excipimus injuriam, scribit Ambrosius, in Apologiâ David
 partim ratione *Effectus*, & in sensu transitivo, quod hoc peccatum
 origo sit & scaturigo fecundissima omnium Peccatorum actuali-
 um, *Jer. 6. 7. Os. 6. 7. Mt. 15. 19. Mr. 7. 21. 22. Luc. 6. 45.* ubi Justi-
 tia Protoplastorum dicitur *Originalis*, quia debuit esse causa, radix,
 fons & origo justitiæ & sanctitatis naturalis in post eris, *Grau. ex præ-*
ced. in A. C. p. 236.

§ 4.

Quoad *Homonymiam*, non agimus in præsens ex institutō & profes-
 so de Peccato Originale *Originante*, seu vicioso illo habitu per lap-
 sum Actualem & Personalem Adæ & Evæ in Naturam amborum
 Protoplastorum humanam introducto: sed potius de Peccato Ori-
 ginali *Originato*, quia quàm primùm Originatur homo, Originatur
 itidem in homine peccatum, uti Scholastici barbarè loquuntur:
 Estque viciosus ille habitus corruptæ Naturæ Adami & Evæ magis
 latiusque extensus, & in universos Liberos ipsorum, mediante na-
 turali conceptione trans-plantatus, *Rom. 5. 12. 15. 16. 17. 18.* Cùm

A 3

inter-

Interdum malus Adami actus, seu Peccatum ejus Personale, transgressio scilicet prima legis divinæ positivæ de non comendō ex arbore scientiæ boni & mali, in quo Persona corrumpit Naturam, Peccatum Originale appellatur: ea acceptio non est acroamatica & accurata, sed exoterica saltem & popularis. Nam Lapsus ille primus Adæ actuale, potius peccatum fuit, à quo Originaria corruptio in Naturâ Adami in secuta differt ceu Consequens ab Antecedente, ceu Effectus à Causâ: atque hinc Natura Adæ & Evæ corrupta, communicatur per Traducem omnibus ipsorum posteris, ac in ipsis vicissim peccata actualia, ceu Causa Effectum, producit. Uti à vitioso actu peccatum Adami cœpit, & in vitiosum habitum desinit: ita hodie peccatum à vitioso habitu Naturæ depravatæ incipit, & in vitiosum actum desinit. Præcessit malus actus in Personâ Adami, qui produxit malum habitum in specificâ Nominis Naturâ, ex quo sequuntur iterum vitiosi actus in cujuslibet Individui Personâ Unde B. Menferus Exegeti A. C. art. 2. 60. Peccatum Hominis accuratè distinguit in Primum & ortum. *Primum* dicit transgressionem divinæ Legis in Paradiso factam per Sathanæ deceptionem. *Ortum* vocat *tum* ipsam Naturæ pravitatem in Protoplastis & omnibus posteris lapsam consecutam, *tum* quamvis actionem contra Legem DEI; illam dici peccatum originale, hanc actuale Confer. Gerhard. Disp. 23. Isa. p. 838.

§ 5.

Synonyma Biblica sunt, quod peccatum originis vocatur peccatum absolutè & *ναλ̄ ἐξοχν̄*, Rom. 3. 9, sqq. Rom. 5. 12. 13. 16. 17. 18. c. 6. 12. 13. 14. 23. c. 7. 7. 8. 9. 11. 13. 14. Gal. 3. 12. Ephes. 2. 1. 3. 5. Col. 2. 13. 1. Jo. 1. 8. 9. Ebr. 3. 13. Inde Anselmus de conceptu virginali c. 3. *Omne peccatum est injustitia: Et Originale peccatum est absolutè peccatum: unde sequitur quod est injustitia.* Quadratque huc Regula Theologica: *Peccatum in singulari numero, præsertim cum articulo,*

lo, Paulo plerumq. peccatum originis denotat; laudata D. Hinmelfio Syn-
 tagm. Disp. 9. §. 13. & Raupio Biblioth. Portatili. l. 2. Loc. Comm.
 de P. O. p. 342. D. Balduino Tom: 1. Disp. Wittenberg. 12. §. 44.
 peccatum occultum Psal. 19. 13. absconditum Ps. 90. 8. radix ama-
 ritudinis, Ebr. 12. 15. Lex peccati, Rom. 7. 21. 23. 25. e. 8. 2. Item
 Lex membrorum c. 7. 23. Lex mortis c. 8. 2. i. c. præscriptum, di-
 ctamen, regiumque imperium, Regula, Causa impulsiva ad peccan-
 dum & moriendum, quæ sibi jus quoddam in nos sumit, etiam invi-
 tos & reluctantes, sicuti Legis cuiusvis officium est præscribere, di-
 ctare, impellere, dirigere, cogere ad obedientiam, etiam nolentes &
 refractarios; & contra Lex mentis Rom. 7. 32. & Lex Spiritus vi-
 tæ c. 8. 2. est mandatum & impulsus Spiritus Sancti ad bonum, &
 gubernatio interior ac propensio animæ regeneratæ ad obedi-
 am Legi præstandam: Itemque verus homo, Rom. 6. 6. Ephes. 4.
 22. Colos. 3. 9. Exterior homo, 2. Cor. 4. 16. Caro, Gal. 5. 13. 16.
 17. 19. 24. Corpus peccati, quod cætera actualia peccata ceu mem-
 bra quædam mystica, post se trahit, Rom. 6. 6. Col. 2. 11. c. 3. 5.
 ἡμεῖς ἐν ἡμῖν ἀμαρτία Rom. 7. 17. 20. ἡ ἀμαρτία ἐννεύσαστος, Ebr. 12. 1.
 τὸ πᾶν παραινέμενον, Rom. 7. 21. Synonyma Ecclesiastica varia à Patribus
 Græcis & Latinis allegant D. Chemnitius Tom. 1. Loc. de
 P. O. p. 20. 7. D. Gerhardus Tom. 2. Loc. eodem § 68. Disp.
 Isagog. 24. c. 1. § 4. D. Meisnerus Quæst. vexat. q. 4. lit. N.
 D. Calovius Disp. de Naturâ P. O. A. 1656. § 10. 11. 12.
 Harmoniæ Calixtino-Hæreticâ p. 402. & Exegemate A. C. art.
 2. c. 4. § 2. sqq.

§ 8.

DEFINITIO constat Genere & Differentiâ specificâ. GENUS Peccati originis
 non accersimus ex Categoriâ Substantiæ. Quemadmodum Manichæi in In Excel-
 su peccantes, & plus iusto malum hoc ex aggerantes, substantiam id asserbant à
 malo

malo DEO cōditam, & ab hōmine post regenerationem & resuscitationem sepa-
 randam, & per se alicubi substitutam. De quibus ita Augustinus l. 2. cōtr. Ma-
 nich. c. 7. Certè omnis inter nos discretio est, quod vos substantiam quandam malam
 esse dicitis, nos verò non substantiam, sed inclinationem ab eo quod magis est, ad id
 quod minus est malum esse dicimus. Et lib. de hæresibus ad Quod vult DEUM
 hæresi 46. Peccatorum originem substantia tribuunt genti adversa, quam Dogma-
 tizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem non DEI, sed male mentis perbi-
 bent esse opificium, quam à contrario principio DEO coeternam esse ajunt: Car-
 nalem concupiscentiam, quæ caro concupiscit adversus spiritum, non ex vitiatâ in
 primo homine naturâ nobis inesse infirmitatem, sed substantiam volens esse contrari-
 am, sibi nobis adhaerentem, ut quando liberamur atq; purgamur, separetur à nobis, &
 in suâ naturâ etiam ipsa immortaliter vivat: easq; duas animas, vel duas mentes
 unam bonam, alteram malam, in uno humine inter se habere conflunt, quando ca-
 ro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem: nec in nobis sana-
 tum hoc vitium, sicut nos dicimus, unquam futurum, sed à nobis sejuratam atq; seclu-
 sam substantiam ipsam mali, & finito isto seculo, post conflagrationem mundi, in globo
 quodam, tanquam in carcere sempiterno, esse vituram v. F. c. p. 576. 577. 643.
 644.

§ 7.

Quos Manichæus non quidem in totum quasi statuerit P. O. esse substantiam à
 malo principio creatam, bono contrariam, viventem & per se separatim subsi-
 stentem, ac in globo aliquo tanquam carcere sempiterno perpetuo manuram, sed
 tamen in tantum securus est Mathias Flaccius Illyricus, in quantum id censuit esse
 ipsam corrupti hominis substantiam, essentiam & naturam, imò nihil aliud esse
 P. O. quam ipsam præcipuam & præstantissimam partem essentia hominis, ani-
 mam scilicet in summo suo gradu cum potissimis suis potentiis, Mentem, Intellectum
 & voluntate: ad hoc absurdum adactus à Victorino Stigelio, Professore Jenensi
 Synergistâ. Disputatione inter utrumque autoritate Johannis Friderici Ducis
 Saxonie, A. 1561. Vinarie instituta. Quo Præceptore sublongè absurdiores
 & deteriores Discipuli, M. Christophorus Irenæus, Ducis Saxonie Johannis
 Wilhelmi, Concionator aulicus, M. Cyriacus Spangenberg, Pastor Islebientis,
 Martinus Wallius, Pastor Orlamundensis, ipsum peccatum originis à DEO in-
 gratiam receptum, à Christo redemptum, à Spiritu Sancto in Baptismo sanctif-
 catum,

eorum, & in novissimò die resurrexerunt esse, non imperitè magis, quàm im-
 pie ebuccinarunt. Vide silius de Ortu, Progressu & interitu Flaccianismi, ejus-
 demquè confutatione *Formalem Concordia* Epitom. Art. 1. p. 572. seqq. *decla-*
rat. Solida Eiusdem p. 639. 643. seqq. *Apologiam Form.* part. 3. Præfat. &
 cap. 2. seqq. *M. Hieronymum Mencilium*, in Præfat. *Der Catechismus* Prae-
 digte/ *M. Henrici Rothent* A. 1572. *Abfertigung* des Spangenbergischen
Irthums an die Theologos vnd Prediger in der Graffschafft Mansfeldt
 A. 1577. *Corpus Doctrinae factum*, part. 1. p. 12. part. 2. p. 72. seqq. *Resurati-*
onem Irenæi. Gründlichen Bericht auff das Examen M. Christophori Irenæi
 so er A. 1581. Wider den Ersten Artikel des Christlichen Concordien-Buchs
 von der Erb-Sünde durch offenen Druß außgesprengt / Gestellet durch
 etliche hinzu verordnete Theologos. Heydelberg im Jahr 1583. *D. Hutte-*
rum Exegesi F. C. art. 1. p. 21. sqq. 29. sqq. 33. sqq. 41. sqq. 49. sqq. 56. sqq.
 61. sqq. 74. sqq. 111. 125. & *Locis Theolog.* Art. XI. de P. d. p. 315. sqq.
D. Pappum in Ep. F. Histor. Eccles. p. 264. *D. Gerharden* Tom. 2. L. de 1. o.
 f. 90. sqq. disp. 24. *Disp.* 882. sqq. Tom. 2. *Disp.* Acad. p. 1633. sqq. *Inose-*
chium disp. 4 in AC. th. 103. sqq. *D. Forsterum* Thesaurò Catechrt. in Decalo-
 gum Dec. 3. Problem. 9. *Porram* in Pastoralis Lutheri p. 158. sqq. 167. sqq.
 177. sqq. *D. Hunnium*. Epit. Credend. § 193. *D. Graderum* Prælectioni-
 bus Acad. in act. 2. A. C. p. 185. sqq. 203. sqq. 213. p. 259. 261. *D. Meis-*
nerum *Disput.* 6. Anthropolog. q. 1. *Raupium* *Biblicò* in tuc. l. 2. *Loc. Com.*
 de P. O. p. 259. sqq. *Seberum*. Præpositione Psalmi V. Pœnitentialis p. 298.
 sqq. *Controversiam Cramerianam* Mægdeburgensem p. 264. 269. sqq. 287. sqq.
 310. 317. sqq. 639. sqq. *D. Brothmannum* Tom. 1. Syst. *Loc.* de peccato c. 2.
 q. 13. *D. Calovium* *Exegemata* A. C. art. 2. c. 7. § 2. sqq. § 10. *Disputatiõ* e-
 de *Natura* P. O. A. 1656. § 22. 32. *System* Tom. 4. p. 648. sqq. *D. Carpzovium*
Isagoge in *Libros Symbolicos*, pag. 1159. sqq. 1166. sqq. *Diccionarium*
Analysi *Evang. Dom. Trinit.* part. 1. obs. 13. *D. Baldwinum* Tom. 1. *Disput.* *Wi-*
tenbergensium. *Disp.* 12. § 56. sqq. *Bellarminum* l. 5. de amiss. grat. & statu
 peccati, c. 1. 2. 3. *Wendelinum* *Cheist*, *Theol.* l. 1. c. 10. & 11. p. 265. sqq. &c.
 De *Disputatiõne* D. Jacobi *Andrææ* cum *Flaccio Argentinæ* A. 1571. *habita*
 agit *Osiander* *Cent.* 26. *Epit. Hist. Eccles.* lib. 3. cap. 63. & de ejusdem *Colloquio*
Lindaviensi A. 1576. cum duobus Flaccianis *Magistris*, *Rupio* & *Scheffeso*.
 idem cap. 74. ex Ar. Ne de *Weigelio* nunc dicam, qui in homine ante lapsum
 aliqui d mali fuisse, & peccatum, quod nos corrumpit, ipsam hominis substantiam
 afficit, apud *D. Gerbardum* Tom. 2. *Disp.* *Academ.* *Disp.* 1. de *Gloria D E I*,

§ 33. 34. Quae tamen Manichæorum Flaccianorum & Wigeliandrum erronea
 sententia diametraliter contrariatur & *Textibus Biblicis*, qui P. O. non ut substan-
 tiam, sed ut accidens describunt, per ἀμαρτία ἐν ἡμῖν Rom. 7. 17. 20.
 per κατὸν παρὰ κείνην ἡμῖν Rom. 7. 21. per ἀμαρτία ἐν ἐπισημασμένον Ebr. 12. 1.
 per ἀνομιάν 1. Joh. 3. 4, inter quod & Subjectum ipsum, cor & hominem ma-
 nifesta est distinctio, Gen. 6. 5. Pl. 51. 7. Mt. 15. 19. & *Fidei Articulis* de Crea-
 tione, Incarnatione, Redemptione, Regeneratione, Sanctificatione, Resurrectio-
 ne, Glorificatione, v. F. C. p. 573. sqq. 646. sq. Optimè Augustinus l. 10. de
 C. D. c. 24. *Bonus verusq; Mediator Christus ostendit peccatum esse malum, non
 ipsam carnis substantiam vel naturam. qua cum anima hominis & suscipi sine pec-
 cato potuit, & haberi & morte deponi, & in melius resurrectione mutari.* Et lib.
 7. Confels. c. 12. *Malum illud, quod querebam, unde esset, non est substantia,
 quia si substantia esset, bonum esset.*

§ 8.

Neuquam ergò *substantia* per se subsistens, Peccatum Originis est, sed *acci-
 dens*, substantiæ inseparabiliter inhærens. Quod per *corruptionem* in generi-
 cā suā actione definiunt Formulā *Concordiæ* Declaratione Solidā p. 639. (a) 640.
 (b) *Hutterus* Loc. Theol. art. XI, de P. O. p. 312. 313, & *Explicat. Libri
 Conc. p. 122. Eccardus* Tom. 2. Disp. Giessenf. 12. § 82. *Gerhardus* Tom- 2.
 Loc. de P. O, § 131. Disp. Ifagog. 24. p. 906. *Meisnerus* Anthropol. Disp.
 6. q. 5: § 3. p. 194. *Brochmannus* Tom. 1, System. Loc. de peccato c. 5. p.
 176. *Himmelinus* Syntag. Disp. 9. § 18. *Cunadus* Colleg: Theolog. Disp: 7.
 § 8, in rem ipsam, scilicet magis intenti, quàm de ἀμαρτία & Logica solliciti, juxta
 quàm ē *Predicamento Qualitatis* potius, quàm *Actionis* aut *Passionis* Genus Pec-
 cati Originalis desumendum erat. Quamquam nec ipsum P. O. per se in aliquo
Predicamento sit, nec ad *Regulas* inde *Logicæ* *Definitionis* ex amulsim revocari
 queat.

§ 9.

EST autem *Vocabulum Corruptionis* φθειρεῖς & φθορᾶς, ἐγγράφον: & con-
 sequenter quidem connotat *pœnam*, *supplicium* & *interitum*, 1. Cor. 13. 13
 Qui Templum DEI corrumpit, hunc DEUS corrumpet. Gal. 6. 8. Qui seminat
 in carne, de carne corruptionem metet, 1. Cor. 15. 42. 50. Seminatur in corrupti-
 one: corruptio incorruptibile possidebit. Vide *Epist. Jud.* v. 10, 2, *Pet. 21.* 2.
Col. 2. 22, *Gen. 6. 13.* 17. c. 9. 11. 13. c. 13. 10. c. 13. 28. c. 19. 13. 29, & c. *prima-
 riò* tamen *culpam*, *peccatum* & *reatum* importat, notatque tùm *originalem*, tùm
actualem

actualem illam depravationem & *aprazlav* Naturæ humanæ quæ à bono ad malum conversa & ex statu gratiæ in statum iræ traducta, & æternæ damnationis rea constituit a fuit, Gen. 6. 12. Vidit DEUS terram esse corruptam, quia omnis caro corruerat viam suam super terram. Ex. 32. 7. & Deut. 9. 12. Corruptus populus tuus. Deut. 31. 29. Novi quod post mortem meam corrumpendo corrumpetis. Psalm. 14. 13. Corrupti sunt & abominabiles facti in studiis suis, omnes declinaverunt, Ezech. 20. 44. Beneficiam vobis non secundum studia vestra corrupta domus Israel, Zephan. 3. 7. corruerunt omnes cogitationes suas. Ose. 13. 9. perdidit te, Sir. 8. 6. Omnes in corruptione sumus. Eph. 4. 22. Vetus homo corrumpitur secundum desideria errorum, 2. Pet. 1. 4, fugite ejus quæ in mundo est concupiscentia corruptionem, c. 2. 19. Servi sunt corruptionis, 2. Cor. 11. 3, 1. Ti. 6. 5. 2. Tim. 3. 8. Corrupti mentem homines, Rom. 8. 21. Creatura liberabitur à servitute corruptionis 1. Cor. 15. 33. Corrumpunt bonos mores sodalicia prava, 2. Pet. 2. 12. In corruptione sua peribunt. Nempe sicut modicum fermenti totam massam corrumpit, 1. Cor. 5. 6 Gal. 5. 9. sicut vena & scaturigo corrupta totum fontem inficit. Proverb. 25. 26, ita unus Adami vitiosus actus totam naturam ejusdem invasit, pervasit, fermentavit, infecit, & in posteròs vitiosum illum habitare propagavit. Hebræum *Schach ash*, quod ubivis serè in allegatis V. T. locis occurrat, usurpatur alias cum Conjugatis suis, de corruptione & detritione cinguli in flumine Phrath diu abscondit, Jer. 13. 7. de corruptione & infectione uræ ab infectis facta, Ex. 8. 24, de victimâ sacrificiali, leprosa & vitiatâ, Mal. 1. 14, de corruptione pacti Levitici, Mal. 2. 8. de devastatione Sodomæ, Gen. 18. 28. 31. 32, de profunda fovea, Ps. 55. 24. Ps. 94. 13. Prov. 28. 10. de doloso reti, Ezech. 19. 4. 8. Thren. 4. 10. Jer. 5. 27. Psal. 107. 20. Quæ lingua ad Corruptionem Adamiticam feliciter ac utiliter applicare licebit.

§. 16.

Corrupta igitur est per P. O. tota Natura, substantia & essentia Hominis, tam quoad Animam, quàm quoad Corpus, tam quoad vires interiores, quàm exteriores, tam quoad Facultates superiores, quàm inferiores. 1. non Corruptione *Physicâ*, sed *Morali*. Non enim ipsa Natura transit in aliud esse, aut in se desinit esse, uti Physici vulgò Corruptionem definiunt per motum ab esse ad non esse, & unius Corruptio dicitur esse alterius Generatio: sed Subjectum saltem & Receptaculum Corruptionis facta est, in qua *abest* omnis rectitudo juxta Legem DEI, quæ olim adsuit, & nunc inesse debebat, & *adest* contra omnis inrectitudo & pravitas, ita ut jam *Natura corrupta ex se & viribus suis coram DEO nihil aliud, nisi peccare possit, docente F. C. p. 643.* 2. non Corruptione *substantiali*, sed *accidental*.

zali. Ipsa quidem substantia hominis per lapsum est corrupta, sed non simpliciter & ratione sui, sed secundum quid, & ratione qualitatuum, habituum & accidentium: non quatenus Humana Natura absolute & in abstracto consideratum, sed quatenus concretum quid est & ratione status corrupti. Scilicet uii Corruptio Physica, seu resolutio corporum mixtorum in sua minima, vel per Putrefactionem fit, cum proprius & naturalis spiritus & calor corporis misti exhalat, parteque misti solvuntur, vel per Arefactionem cum misto debitus affluxus humidis naturis & influentis denegatur, & ita calor partes residuas exsiccat & indurat, ita Corruptio ista Ethica, in Naturam humanam supervenit, cum Spiritus Sanctus graciosè antea inhabitans domicilium suum, ob peccatum commissum dereliquit, & Spiritus malus contra violenter illud occupavit. Sap. 1, 3, 5, 1. Sam. 16. 14 c. 23, 15 Luc. 11, 24. Iqq. Ose. 7, 13 c. 9, 12. & cum influxus & ros Spiritualis gratiæ divinæ cessavit. Ose. 6. 4. Mich. 5. 3. ac æstus contra iræ divinæ omnes actus Spirituales hominis velut ventus urens afflavit, exsiccavit & torrefecit.

§ I I.

NEqvaverò P. O. levicula corruptio Humanæ Naturæ, sed horrenda est. quod hic Epitheton in Definitione *επερυστικὸς* & *ἐπιδαλικὸς* adjicimus. Quippe quod Imaginem DEI sanctissimam ex Homine profusè expunxit & sustulit, & Imaginem Adæ. imò Satanæ peccaminosam introduxit ac substituit, Liberum Hominis Arbitrium in Servum commutavit, omnem inclinationem ad bonum spirituale eradicavit, ad malum infeminavit, totam Hominis naturam velut veneno & contagio spirituali afflavit & infecit, imò in rebus fidei & salutis profusè interfecit, & omnes vires ac partes animæ corporisque prostravit, ut ex se nihil à DEO gratiam & sibi salutare cogitare, nedum efficere queant, & in summâ, è Filiis Gratæ Filios iræ, è Domini, Diaboli mancipis peccati, ex Hæredibus Paradisi, Exules Cœli & Colonos inferni effecit. Non est P. O. tantum externus quidam: levis & nullius prope momenti navus, aut aspersa macula, aut corruptio tantum accidentium & qualitatam, cum quâ & sub quâ nihilominus Natura suam bonitatem & vires, etiam in rebus spiritualibus, habeat & retineat: nec est tantummodo externum quoddam impedimentum spiritualium bonarum virium, perinde ac si magnes allis succo illinitur, ubi non tollitur vis ejus naturalis attrahendi ferrum, sed tantum impeditur; aut sicut macula de facie, & color de pectore facile abstergi potest: verum hoc hereditarium malum tantum, tamq̃ horrendum est, ut nullo alio modo, nisi propter Christum, (in hominibus baptizatis & credentibus) coram DEO contegi & condonari possit, & humana natura, quæ hoc malo perversa & tota corrupta est, aliter sanari non possit, nisi ut per Spiritum Sanctum
vege-

regeneretur & renovetur, & P. O. totam hominis Naturam, seu spirituale quoddam
venenum & horribilis lepra (quemadmodum D. Lutherus loquitur) infecit &
corruptit, ita quidem, ut jam in nostra natura corrupta ad oculum non monstrari
possint distinctè hæc duo, ipsa Natura solas & originale peccatum solum, verbis F. C.
p. 575. 576. 641. 642. 645. Ut merito facessere jubeamus hinc Andradium l. 5.
Defens. Trid. fidei p. 770. disputantem, esse quidem P. O. si incommoda æsti-
mentur, magnum peccatum, esse autem minimum, quia non propria, sed aliena
voluntate hauriatur, & quia illud natura magis necessitate, quam sponte nostrâ in-
curramus. Cum igitur, ait, nullum tam leve est peccatum, in quo non multo ma-
gis, quam in hoc uno voluntarii ratio emineat & appareat, sic sanè, omnium pec-
catorum esse levissimum. Quem sequitur Bellarminus l. 4. de amiss. grat. & statu
peccati, c. 10. § Si quem moveat. Originale peccatum, scribens, inter omnia
peccata minimum habet de voluntario, & ideo minus est grave, ratione voluntarij,
quam quodlibet veniale, l. 1. de amiss. grat. c. 8. § Jam verò tertium, Peccata
prorsus involuntaria, apud eos, qui rectè judicare possunt. **NON VENIALIA**,
sed **NULLA** sunt, c. n. § secundum. Peccatum nullo modo voluntarium, nul-
lo modo peccatum est, l. 2. de grat. & l. a. c. 7. § At neque hæc. Peccatum in-
trinsece requirit liberam voluntatem, nec potest intelligi, quomodo aliquid sit pro-
priè peccatum, si non sit propriè liberum. Imo Thomas disputat. in 2. 2. dist. 23.
q. 1. art. 2. Peccatum originale quovis veniale minus esse. Atqui peccatum veniale
judice Bellarmino l. 1. de amiss. grat. c. 11. arg. 5. peccatum dicitur, analogicè
tantum, non exquisitè, E. nec P. O. erit peccatum exquisitè, sed saltem analogi-
cè. Quibus securis Spiritibus, peccati extenuatoribus, periculi dissimulato-
ribus, pulvillorum consutoribus, & cervicalium suppositoribus, Ezech. 17, 18. 20.
nunc nihil aliud, nisi illud Hieronymi Epist. 14. opponimus; Nescio an possimus
leve aliquod peccatum dicere, quod in DEI contemptum admittitur. Graviter
D. Lutherus T. 1. Com in Genes. l. f. 18. Externent peccatum originis, qui vo-
lent, profecto apparet, tum in peccatis, tum in poenis, longe maximum. & T. 4. in
Gen. 42. l. 106. Non rem leviculam putabimus, propter quam DEVS misit Fili-
um suum, ut fieret victima ad redimendum nos. Sane non το εξουσιον sed τὸ ἀνο-
μιον de ratione formali peccati est. 1. Joh. 3. 4. Peccati natura æstimanda est, non
ex respectu ad voluntatem agentis, sed ex intuitu Legis jubentis & verantis, quæ
non actuale tantum rectitudinem requirit, sed & habituale, nec vitiosos modò
actûs operis, sed & inordinatos motûs cordis prohibet. Etiam ille peccat, qui ma-
lum agit non volens sed in vitis Rom. 7. 15. Gal. 5. 17. Imò qui ignorat se pec-
care, Num. 15, 27, 28. psal. 19, 23. Luc. 12, 48. c. 23, 34. Act. 3, 17. 1. Cor. 2,

1. Tim. 1. 13. Rectèque Augustinus l. 1. Retract. e. 13. regerit: *doctrina de Peccato Originali non præjudicare politicam istam sententiam: Nihil esse peccatum, nisi sit à sciente & volente.* Et l. 3. contra Julianum pelagianum, c. 5. princ. *Frustrà putas idè in parvulis non esse delictum, quia sine voluntate, qua in eis nulla est, esse non potest. Hoc enim rectè dicitur propter proprium cuiusque peccatum, non propter primum peccati originale contagium.*

§ 12.

MAgis propriè & accuratè Generis loco *Peccatum* ponitur, quod per se non est connotativum reatus & supplicij, sed simpliciter tantum *avopivav* sive illegalitatem denotat, 1. Ioh. 3. 4. i. ei recessum à lege, transgressionem Legis, aversionem à bono & conversionem ad malum. Hoc enim Prædicatum quidditativum & essentiale Peccati originalis est, nec remotum, sed proximum, & ad peccatum originis se habet tanquam latius ad angustius, cum & peccatum *Diabolorum* & Peccatum *Actuale* Hominum, Peccati nomine veniant. Estque reverà peccatum originale *avopivav* maxima, & transgressio divinæ Legis perpetuæ ac immobilis Voluntatis DEI interpretis, summo perè enormis & irregularis, quâ non tantum *abest* à nobis perfecta iustitia & sanctitas à Lege imperata. sed *adest* contrà in nobis concupiscentia prava, superstitio, opinio falsa, impietas, inobedientia, rebellio, libido innata, à Lege prohibita. Lex illa DEI Symbolica, de non comedendo ex arbore scientiæ boni & mali, radicaliter & materialiter in se includebat totam Legem Moralem, & omnia præcepta Decalogi, *Primordialis lex est enim data Ada & Eve in Paradiso, quasi matrix omnium Præceptorum DEI, hæc generali & primordiali DEI Lege, quam in arboris fructu servare DEVS sanxerat, omnia Præcepta Legis, posterioris specialiter indita fuisse cognoscimus, qua suis temporibus edita germinaverunt, teste Tertuliano lib. adv. Iudæos c. 2. p. 120. Transgressio igitur legis specialis de arbore veniã, fuit transgressio generalis omniũ Præcepti. Decalogi facta & ab Adamo, & ab omnib. Adami posteris, non ratione Personæ suæ, tùm nondum existentis, sed ratione naturæ suæ tùm in tumbris Adami latitantis, ac in & cum ipso peccantis. Non ergò sumitur hic Peccatum sensu Politico, pro eo delicto, ad quod consensus & voluntas accedit, quo sensu Augustinus alicubi negat, concupiscentiam in renatis esse Peccatum, verùm sensu Theologico, pro eo quod repugnat Legi Dei, & ex Lege cognoscitur, quæ dicit: Non concupisces, 1. Jo. 3. v. 4, Ro. 3. 20. c. 7. 7. *Falsum est, nullam esse à Deo Legem latã cui repugnet, quâ arguatur & damnetur defectus iustitiæ originalis, & quæ in ejus locum**

locum successit, concupiscentia, Andradij Exceptioni respondet Chemnitijs part.
1. Exam. 1. p. 163. Etiam perfectio & integritas Naturæ mandata sunt in Legge,
quæ custodiri & conservari, non per Lapsum amitti debuit. : & pronitas ad
malum, seu habitualis concupiscentia contraria est Legi morali, custodiam per-
fectionis habitualis exigenti, non tantum secundum liberos motus voluntatis,
sed secundum omnes vires, cunctum posse, totum cor totam animam, totam
mentem, Deut. 6, 5. Mt. 22, 22: Mr. 12. 30. Luc. 10, 27. Atque ita Apostolus
idem idem concupiscentiam carnis & corruptionem naturæ originariam tum in
irregeniis, tum in regeniis promiscuè, igque in propria hujus Articuli sede, Pec-
catum appellat, Ro. 3. v. 9. 20. c. 5. 12, 13; 15, 16, 17, 18, 20, 21, c. 6: 1, 2, 6. 11, 12,
13, 14, 16, 17, 18, 20, 22, 23, c. 7: 5, 7, 8, 9. 11: 13, 14, 17, 20, 23, 25. c. 8: 2, 3. 10.
1. Cor. 15. 56. 2. Cor. 5, 19. Gal. 3. 19. 22. Eph. 2. 1, 5. Col. 2: 13. conf. Ioh. 8, 21;
c. 9. 54. c. 26. 8. 9. 1. Ioh: 1: 7: 8, 9, Explicatque id non sit bonum quod vult, sed
malum quod odit, Rom, 7. 15. 16. 19. 21. quod nos coram DEO miseros reddat,
Rom. 7. 24. & à quo liberari quisque fidelium ingemiscat, v. 25. & describit id
tum privativè, quod perficere bonum non inveniat, Rom, 7, 18. tum positivè,
quod habet in se peccatum, v. 17. 20. quod malum sibi adjaceat, v. 21, quod
operatum fuerit concupiscentiam, quod revixerit v. 8. 9. quod repugnet Legi
DEI v. 7. & legi mentis suæ & captivet ipsum in lege peccati, in membris suis,
v. 23. quod operetur malum, quod Paulus non velit, v. 17. 20. quod sapien-
tia carnis sit inimica adversus DEVM, nec Legi DEI subiecta, imò ne possit qui-
dem subjici, Rom. 8. 7. quod homines occidat & æternæ mortis reos faciat, nisi
fiat liberatio per Christum, Rom. 7. 10. 11. 13. 24. 25, & Jacobus c. 1. 14. 15. quod
concupiscentia tentet & illeget hominem, quod pariat peccatum. Quæ omnes
descriptions & operationes Peccati verè proprièque sic dicti sunt, Hoc est pec-
catum illud, in quo omnes concepti & nati sumus, Ps, 51. 6. sub quo omnès
homines conclusi sunt, Rom, 11. 32. Gal. 3. 22. Etsi non omnes ad similitudi-
nem peccati Adami peccarint, Rom. 5. 15. quod est immūditia Job 14. 4. Es. 64.
6. supra modum peccans peccatum, Roma. 7. 13. quod nempe non tantum for-
maliter peccatum est, sed & causaliter, qui ad peccandum irritat. Et cum Chri-
stus dicitur peccata mundi sustulisse, & pro peccatis nostris ac totius mundi tradi-
tus, Mt. 1, 21. Jo. 1, 29. 1. Jo. 2, 2: c. 3, 5. c. 4. 10. 2. Cor. 5. 19. Ro. 4, 25. c. 6, 10: 1 Co.
15, 3. Gal. 1, 4. Eph. 1, 7. 1. Pet. 2, 24. c. 3. 18. Ebr. 1, 3; c. 9, 26, 28. c. 12, 14. Apo.
1, 5. Peccatum utique originis non excluditur, sed maxime omnium inclu-
ditur.

Rigida verò & temeraria glossa, nec ex mente Ecclesiæ Catholicæ concepta. Concilij Tridentini est, Jell. 5. Can. 5. Concupiscentiam (potissimam peccati originalis partem) ab Apostolo peccatum appellari, non quod verè & propriè *inrenatis peccatum sit, sed quia ex peccato sit, & ad peccatum inclinè, & Bellarmini Mal. 5. de amiss. gr. & statu peccati c. 10. § 3. Concupiscentiam in Scripturis appellari peccatum non propriè, sed impropiè & per figuram Metonymia, quod sit causa peccati, si ei obediatur, Scripturas quæ concupiscentiam peccatum appellant exponendas esse de peccato impropiè, vel de causa vel effectu peccati: Cui succinit Baillius Carechilroo Contraverfiar, Tract. 4. Contr. 14. exlt. Nam *φευδελγητες* & hujus vanitatem solidè demonstrârunt, Chemaisius, Examine Decreti illius part. 1. p. 174. sqq. Gerhardus Confess. Cathol. l. 2. part. 3. art. 21; c. 5. p. 434. sqq. Eccardus Disp. 12. Tom. 2. Giesl. § 112. sqq. & alij. Non Metonymicè tantùm & signotenùs, sed VERÈ peccatum est hic morbus seu vitium originis, dagemus & dicimus Aug. Confess. art. 26. Nec Paulus concupiscentiam ex lege accusat ut malum Naturæ duntaxat, sed ut culpam, quæ expresse legem prohibeatur, vocat peccatum, quod occidat, quod mortis causa sit, adeoque non figuratè sed propriè dictum. Facit pro nobis August. l. 5. contra Julian Pelag. c. 3. *Sicut in quiescens Cæcitas cordis, quam solam removeret illuminator DEVS, & peccatum est, quo in DEVM non creditur, & pœna peccati, quæ cor superbum dignâ ania diversione punitur, & causa peccati, cum mali aliquid cæci cordis errore committitur: Ita Concupiscentia carnis, adversus quam bonus concupiscit Spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobediencia contra dominatum mentis, & pœna peccati est, quia reddita est meritis inobediencia, & causa peccati est, defectio consentientis, vel contagione nascentis. Ad quæ Augustini verba Riverus meritò subijcit Catholico Orthodoxo Tract. 4. quæst. 14. § 15. Nihil poterit dici formale magis adversus materiale. Jesuitarum opinionem. (quod concupiscentia & primi morus solùm materialiter, non autem formaliter, legi repugnent § 13.) ubi promiserat: Hæc (Rom. 6. 7. 8. Ebr. 12. 1.) *nimis perspicua sunt, quam ut possint obfusari fumo, distinctiuncula peccati propriè vel impropiè dicti opus esset cæcâ obediencia, ut his acquiesceremus Concupiscentiam peccatum dici, qui hoc nomine etiam intelligantur causa & occasiones peccati, item pœna peccati, quæ tamen peccata non sunt) præsertim postquam Paulum audivimus, ea omnia ei tribuere, quæ ad formale peccati pertinent. Non quod acceptiones alias rejiciamus, quasi concupiscentia & ipsius motibus non convenirent, sed quia etiam tertia est addenda, per quam non metonymicè tantum dicitur peccatum, sed propriè & formaliter,***

Sic. Vide Concilium Milevianum. Can. 2. & Concilium Arafricanum. 11. Can. 2. Cum Augustinus alicubi vitium originis peccatum esse inficiatur, ibi vocabulum peccati sumit pro formali respectivo peccati, sive reatu, non pro formali absoluto, sive culpa. addidit, dimitti concupiscentiam carnis in Baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur, V. l. 1. Retract. c. 15. l. 1. de nupt. & concupisc. c. 25. l. 1. de pec. merit. & remis. c. 39. Quid quod Antonius Marinarius Carmelita, in ipso Concilio Tridentino professus fuerit, Concupiscentiam eandem esse & ante & post Baptismum, & ex se peccatum esse, attestante D. Paulo, eamque etiam in renatis pugnare cum Lege DEI, teste P. Svavi Histor. Conc. Trid. l. 2. p. 700. Stapletonus concedit, l. 3. de Concupisc. in renatis, c. 2. Concupiscentiam de qua disputamus, esse quandam iniquitatem, & aliquando obliquitatem, non modo contra dominatum mentis, verum etiam contra Legem DEI & Thomas Heinrici Jesuita Friburgensis, Anatomia A. C. art. 2. c. 3. p. 43. fatetur, fomitem Concupiscentiae peccatum dici non tantum, quod peccato nascatur, & ad peccata actualia instiget, sed etiam quia est inordinata dispositio ad rebellionem partium inferiorum animae contra superiores. Vide Chemnitium part. 1. Exam. p. 174. 176. Bröchmannum Tom. 1 Syft. L. de Peccato e. 2. q. 14. p. 185. Gerh. c. c. l. c. p. 446. Calovium Disp. de Natura P. O. Rivet. § 21. Cathol. Orth. Tr. 4. q. 14. § 12. 16.

§ 14.

Errant ergo, & omnem essentiam, naturam, ac rationem formalem Peccati Originalis à medio tollunt, i. qui id negant vere propriè, peccatum esse. Albertus Pighius Tract. de peccato originis A. 1542. post Colloquium Wormatiense statim edito, Controvers. I. Disputat, quod nec carentia justitiae originalis, nec ipsa concupiscentia originalis, sive in parvulis, sive in adultis, sive ante sive post Baptismum, propriè & verè peccatum sit, idèd quia resultat ex compositione & temperatura partium corporis humani, & quia peccatum non possit esse sine lege, cujus sit transgressio, infantes autem ut pote rationis usu destitutos, lege obligari non posse, quod nulla Lex DEI proferri possit, per quam obligentur, omnes habere originalem illam justitiam quae Adæ data fuit, & ut maxime essentialis aliqua Lex, peccatum deputandum esse illi tantum qui propriam suam culpam justitiam illam originalem perdidit, non posteris, Lege interdici non posse, quod propriè vitare non possumus, quod necessariè & inevitabiliter nobis inest, nec à nobis, sed alio nobis, in est, idèdque affectiones illas non esse vitia, sed naturae conditiones in nobis, respondentis Chemnitio part. 1, Exam. Conc. Trid. p. 159. Ruardus Tapperus Decanus

C

nus

nus Lövanienſis A. 1582. de pec. orig. art. 2. p. 79. ſcribit, *Pater, omnium peccatorum, etiam venialium, minimum eſſe peccatum originis, minimumq; habere culpabilitatis, nec eadem ratione dici peccatum, quã alia, & ex Capreolo addit: hoc peccatum non univoce, ſed æquivocè dici peccatum cum peccatis actualibus.*
Franciſcus de Mayo ſupponit: Peccatum Originale in nobis non plus habere de natura peccati, quàm habeat de ratione voluntatis: hinc ſubſumit: Atqui Peccatum Originale in particulari ſolummodò fuit voluntarium, voluntate ſcilicet Ada, ſed in univerſali, hoc eſt in nobis, omninò eſt involuntarium: & inde concludit: Ergo omninò nullam habebit rationẽ peccati, apud Chemn. l. c. p. 162. Conſer Andradium & Bellarminum ſuprà § 11. Durandus in 2. diſt. 30. q. 2. & 3. negat, peccatum originis oportere dici culpam. Cornelius Canonicus Colonienſis, Tom. 2. Animadverſionum A. 1602, contendit, Peccatum Originale non eſſe propriè peccatũ, quia non ſit defectus perfecti, homini neceſſaria ad beatitudinẽ, non eſſe naturalem hæreditariam pravitatem, quia ſi eſſet, ex pravitate & corruptione partium naturæ illa oriretur, cùm tamen illæ ſint puræ, & ab omni pravitate corruptioneqvè alienæ, non poſſe Filios à Parentibus pravitatem contrahere, aut Parentes in Filios transmittere, cùm ipſi ſint purgati, eoque careant, neque Parentum peccata naturã, ſed tantum imitatione eſſe in filiis, ſemen peccatum non trajicere, corruptionem Naturæ peccatum non eſſe, ſicut nec lepra, cæci tas, & quivis alius morbus, legem membrorum & carnis repugnantem legi mentis propriè peccatum non eſſe, quia etiam ſit in juſtis, Concupiſcentiam eſſe DEI & Naturæ opificium, conſurgens ex ipſã naturali craſi & temperamento corporis, falſum eſſe, ex carnis noſtræ culpã noſtram eſſe perditionem, originalis peccati pravitatem omnes Naturæ noſtræ partes ita perſuaviſſe, ut omnibus flagitijs & criminibus ſit foecunda, nec poſſit aliud quàm Deo ejuſqve Legi repugnare inſana eſſe & in Deum blaſphema ſurioſorum hominum ſomnia, peccatũ originis nos odio divino non ſubjicere &c. apud Gerhardum Tom. 2. L. de P. O. § 57. Confeſſi, Cathol. l. 2, part. 3, art. 21. Appendice p. 470. & Eccardum Tom. 2, Diſp. Giel, 12, 8. 24, Bellarminus l. 1, de Bapt. c. 9 ſtatuit. Peccatum Originale non eſſe materiam Pœnitentiæ. Col. 1. de Pœnit. c. 19. Propoſ. 4. ſcribit. Pœnitentiã nõ eſſe omnium, ſed tantum peccatorum.) Itaqvè peccatum originis & actualia venialia non habet pro peccatis, de quibus opus ſit homini pœnitere. Atqui pœnitentiã de peccato nõ agere, eſt impiè agere, Et Concupiſcentiam in Renatis in univerſam Pœnitentiã non

habens

habent pro peccato, nisi consensus accedat. *Zwinglii Declaratio de peccato originali ad Urbanum Regium perscripta: Malum Originale proprie non esse culpam seu peccatum, quod reos faciat infantes, quia peccatum proprie sit, quod à scientia & volente contra legem DEI committatur: sed esse morbum, seu naturalem defectum, qualis sit balbuties, & calculi hereditarius, quia quia natura adfuit, non possint in crimen vocari: si quis verò peccatum appellare velit, id per Metonymiam figuram esse accipiendum, propter pravaricationem primi hominis, qua illius sit causa. Quidam inquit, brevius aut clarius dici potuit, quam Originale peccatum non esse peccatum, sed morbum, & Christianorum liberos propter morbum istum non abdicari aeterno supplicio: Contra verò quid imbecillius dici potuit, & à Canonica Scriptura alienius, quam Baptismi lavacro hanc calamitatem levare, & non tantum esse morbum, sed etiam reatum, Et in Confess. suâ A. 1530. Carolo V, Imp. Augustæ oblatâ, sed non receptâ, art. 4. p. 233. Velimus, nolimus, admistere cogimur, peccatum originale ut est in filijs Adæ, non proprie peccatum esse: non enim est facinus contra Legem: Morbus igitur est proprie & conditio. Et p. 235. Nati scelus non habent, sed pœnâ ac multam sceleris, puta conditionem, servitutem & ergastulum: ista si scelus libere appellare, idè quia pro scelere instiguntur, non fero. Item Lib. de Babul. Tract. 3: Colligimus peccatum Originale morbum quidem esse, qui tamen per se culpabilis nō est, nec damnationis pœnam inferre potest, utcumq; hic nobis Theologorum disputationes & sententia reclamans. Et ibidem: Theologi morbum hunc & contagium Natura nostra hereditariam, peccatum originale vocare consueverunt, Pauli Apostoli dictum Rom. 5. minus probè intelligentes: Quis enim fieri potest, ut quod morbus & contagio est, peccati nomen mereatur, vel peccatum revera sit: donec homo hæc contagione corruptus Legem DEI transgredietur, quod tunc demum fieri constat, cū legem sibi possam videret & intelligit. Et cū peccatum originis lege non vetari, originalem justiniam lege non juberi, scribunt Alstedius Theol. Catech. sect. 3. 12. p. 46. Riverus in Explic. Decalogi p. 427. Molinæus in Anatomie Arminianismi, Massonius part. 3. Anam. c. 10. p. 269. quid nisi id ἀνομιαν, adeoque & ἀμαρτίαν esse negant? Quibus obviam itur à D. Danhavero Hodomoriâ Spiritus Calviniani Phantasmate VI. p. III. sqq. ubi notanter p. 11 16. Non exhaustis quidem concupiscentia interdictum, totū peccati originis sententiam, aut tamen amplectitur ejus aliquam speciem, idè magis per Συμπεδοσθεν, quam Metonymiam effectus pro causa.*

Perant 2. qui dicunt Peccatum originale nihil aliud esse nisi peccatum Adami, & inobedientiam primi hominis, nobis saltem imputatam, adeoque id pro Reatu nudo habent, sine aliquo vitio nobis inhaerente. Occam in 2. in fine libri dicit, se, si non impediretur autoritate Patrum, dicturum esse, P. O. tantum esse reatum alieni peccati, sine aliquo vitio haerente in nobis, citante Chemnitio. Tom. 1. Loc. P. O. c. 2. p. 210 Meisnero Anthropol. Disp. 5. §. 6 & Gerharo Tom. 5. L. de Eccles. § 243. Pighius Controvers. 1. de P. O. statuit Peccatum Originis non esse defectum, non vitium aliquod, non depravationem aliquam, non habitum corruptum, non qualitate, nisi vitiosam haerentem in nostra substantia, ut quae sit sine omni vitio & depravatione sed hoc tantum esse peccatum originis, quod actualis transgressio Adae, reatu tantum & poena transmissa, & propagata sit ad posteros, sine vitio aliquo & pravitae haerente in ipsorum substantia, & Reatum nunc esse, quod propter Adae peccatum exteriores facti sumus regni coelorum, subjecti Regno mortis, & aeternae damnationis obnoxii, & omnibus humanae naturae miseris involuti: sicut ex servis, qui proprio vitio libertatem amiserunt, nascuntur servi, non sui sed Parentum vitio, & sicut filius scorti sustinet infamiam Matris, sine proprio aliquo in se haerente vitio, apud Chemnitium part. 1. Exam. p. 160. & Gerhardum L. de Eccles. l. c. Hanc sententiam defendit Ambrosius Catharinus in opusculo de lapsu hominis c. 6 & Com. in Rom. 5. ubi tradit, eo ipso, quod filii sumus peccatoris, qui promiserit, se retenturum accepta dona pro se & filijs suis, nec reituerit, nos peccatores & dignos odio constitutos esse, non secus atque nonnunquam scelerosum Parentum filij, qui tamen non eadem cum Parentibus peccata perpetrât paternis bonis privantur, & aeternum exulare coguntur secundum Justitiam foris memorante Meisnero Anthropol. Disp. 5. §. 12. Quam impiam opinionem vocat Apologia A. C. p. 51. Bellarminus autem l. 5. de amiss. grat. & stat. pecc. c. 6. mollissime minus rectam appellat, & c. 15. Saltem incommodam sententiam, quae videatur etiam error nominari posse. Qui c. 16. tamen ita detonat: Falsum est & Haereticum, peccatum Originis nihil esse aliud, nisi primam Adae transgressionem actualem, & nihil esse in parvulis, unicuique proprium & inherens, quod habeat veram peccati rationem. Et quamvis eam sententiam Vegas Bellarminus, Gregorius de Valentia, Vasquez, Zumel, & alij ex Pontificijs resellant, ceu concilio Tridentino

tino adversam (quod tamen eam noluit palmam improbare, sed opinionem cuique
 liberam relinquit, interprete Assessore & consultatore Andradio, rerum gestarum,
 bene conscio, v. Chemnitium Exam. part. I. p. 198 sqq.) Ægidius tamen Au-
 gustinianus Theologus recenter admodum eandem propugnavit, teste D. Gerhar-
 do Cont. Cathol. l. c. p. 470-471 Salmeron scribit Disp. 46. in Epist. Rom.
*Breviter attendendum est illud ipsum peccatum, quod fuit in Adamo actuale, id est
 in obedientiam esus ligni vetiti, in nobis esse originale.* Et Belarminus ipse l. 5. de amiss.
 gr. c. 17. § Itaq; peccatū in priore significatione (pro liberā transgressioe recepti) unū
 est dū taxat omnium hominum, sed in Adamo actuale & personale, in nobis origis. dicitur.
 §. Et adhuc peccatum Catharinus & Pighius respexerunt, neq; propter hoc reprehensane dignū
 fuerit. Iacobus Faber Stapulensis Com. in Rom. 5. docet, nihil nos ex Adamo trahere, nisi obliga-
 tionem ad mortem, refutatus ob id Didaco Alvarez l. 6. de auxil. grat. Disp. 45. Scholasticos
 Doctores allegat Lombardus l. 2. Sentent. Dist. 30. lit. E. qui putaverint originale Peccatum
 esse reatum pena pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem, quā obnoxii &
 additi sunt pena temporalis & æternæ pro primi hominis actuali peccato, juxta eorum senten-
 tiam Originale Peccatum nec culpa sit, nec pena sed ipse tamen Lit. F. probat culpam esse.
 Crypto Papiumum & hic fovit D. Georgius Calixtus Exercit. de P. O. thes. 5. & 6. id reatu
 saltem pœnæ inferre docens, nulla mentione culpæ additā: *Credunt igitur omnes, inquit, quō
 necessitatem & virtutem redemptionis à Christo facta agnoscunt & intelligunt, eā conditione
 singulis homines, quō cōmuni & naturali modo ab Adamo descendunt, nasci, ut sint, exclusi ab æ-
 ternā beatitudine & obnoxij æterna damnationi, nec ab hac eripi, nec ad illam ad mitti posse,
 nisi per gratiam DEI, & propter meritum & mortem Christi: hac conditio, hac labe, sive hoc
 malum naturali generationi instar affectionis, vel proprietatis naturalis, & naturaliter inse-
 parabilis adhærescens vocatur Pœnæ Ecclesiasticæ Peccatum Originis: de quō sententiam, quāvis
 modo diximus, nosse homini ad salutem sufficit. Et vix est, ut simpliciores idiotæ nostri opi-
 fices, famella plura doceantur, vel assequantur:* notatus ob id D. D. Calovio Disp. de Naturā
 P. O. § 20. Harmon. Calixt. p. 459. 460. & Consensu repetito art. 2. p. 12.

§ 16.

Errant 3. qui Peccatum Originis magis pro pena habent peccati Adamitici, quā pro culpā.
 Petrus Abalardus Com. in Epist. ad Rom. 5. Oper. p. 592 & 597. scribit, P. O. magis
 ad pœnam, quā ad culpam referendum esse, quia qui nondum Libero Arbitrio uti possit, nec
 illum adhuc rationis exercitium habeat, ei nullam esse transgressionem, nullam negligentiam
 imputandam, imo P. O. nihil aliud esse, quā ipsum damnationis debitum, quo obligamur,
 cum obnoxii æternæ pœnæ efficiemur, propter culpam nostræ originis i. primorum Parentum,
 à quibus nostra incepit origo. Lombardus l. 2. Dist. 32. Lit. A. Concupiscentiam ante Bap-
 tismum quidem esse pœnam & culpam docet, sed post Baptismum tantum pœnam peccati, quia

post Baptemum non remaneat ad peccatum hoc imputetur in peccatum. Sociniani contendunt, solam poenam peccati Adamitici ad posteros transire sine ipsâ culpâ, & omnes Adami posteros morti perpetuæ esse obnoxios, non propter peccati imputationem, quod ipsis Adami *delictum* imputetur. sed propter generis propagationem, quod ab eo prognati sint, qui morti perpetuæ decreto divino fuerit addictus, & propter ipsam propagationem, quam omnes habeant & Adamo, omnes esse, morti æternæ obnoxios, *etiamsi non peccarint*, indeque P. O. pro commentario *humano* & pro *merâ Fabulâ* habent, quorum verba exhibet D. Calovius in Socinismo Profligato p. 253. sqq. Steginannus in Photinianismo *disp.* 10. q. 6. & Meisnerus Consider. Theol. Phot. p. 719. Eorundem arantes vitulâ *Arminiani* negant peccatum Adami posteris ejus fuisse à D.E.O. imputatum, quasi D.E.V.S. posteros Adami *eidem malo*, eui Adamus per peccatum obnoxium se reddidit, obnoxios nasci voluerit; sive quatenus Deus malum quod in *penam* Adamo inflictum fuerat, in posteros ejus dimanare permiserit, in Apologiâ Remonstrantium f. 84. V. D. Calovium Considerat. Arminianismi *Disp.* 10. §. 1. 2. 3. 7. Atqui hoc pacto tota Generica Natura P. O. è medio tollitur, si omnis ejus ratio in reatu aut poenâ tantum statuitur, cum id formaliter potius in culpâ, vitio & peccato consistere, §. 12. §. 13. evidenter evictum fuerit.

Atq; hæc de Genere.

Mantissa.

In Articulo II. A. C. inter Confessionem Ecclesiæ publicam invariata, & confessionem Philippi privaram Variatam, notabilis intercedit discrepantia:

1. in principio. Cum invariata dicitur *Item docent*, (*Ecclesiâ magno consensu apud nos. Qui introitus Articuli I. in omnibus sqq. ^{omni} rō non rō repetendus est*) quod post lapsum Ada omnes homines secundum naturam propagati, nascantur cum peccato, hoc est, sine metu DEI, sine fiduciâ erga Deum & cum concupiscentiâ Variata sic habet: *Item docent*, quod post lapsum Ada, omnes homines naturali modo propagati nascentes, habent Peccatum Originis. Ubi parum temerè & sine causâ rō secundum naturam commutatur cum rō naturali modo, quippe quæ Synonymia Grammatica & *ἰσοδυναμική* sunt: parum *δεινότης* & *εὐπρέπεια* prioris confessionis admodum elevatur & labefactatur, cum pro nasci cum peccato, in posteriori substituitur, *nascentes habent peccatum*, nam qui cum peccato nascitur, ille non nascens tantum, sed & ante natiuitatem in primâ statim conceptione habet peccatum: ac post natus ex utero infirmitatem quandam contrahere & habere, quam non habuit in utero: parum verba, *sine metu DEI & sine fiduciâ erga Deum*, non sine culpâ ex-

pungun-

247/4
punguntur, nec in additâ prolixiori Exegesi, ab, *Intelligimus autem*, Usquè ad, *di-*
gna morte, repetuntur, sed aliâ substituuntur. In quâ tamen nec ipsâ Exegesi lubri-
ci peccatum originis describitur per *culpam*, sed tantum per *reatum & corruptionem*.

2. in medio. Cùm Invariata pergit: quodq; hic morbus servitium originis ve-
rè sit peccatum, damnans & afferens nunc quoq; aeternam mortem, his qui non rena-
scentur per *Baptismum & Spiritum Sanctum*: Variata Epitheton morbi sine iustâ
causâ eliminavit, & ita instat: *estq; vitium originis verè peccatum, damnans & affe-*
rens nunc quoq; aeternam mortem his, qui non resuscitantur per Baptismum & Spiri-
tum Sanctum. Quæ quidem Variatio non admodum magni momenti apparet,
nec pilos terebrare & culices excolare nos ob id quidem intendimus: sed negamus
tamen licere Doctori privato in Libro totius Ecclesiæ Symbolico, vel verbum ad-
dere aut detrahere pro suo lubitu, sed dicimus eum oportere Textum retinere inte-
grum, Explicationes autem, illustrationes & confirmationes uberiores non ipsi
Symbolo ingerere, sed in Sermones, Lectiones, Disputationes, Conciones rejice-
re. Profectò ista non sunt cum honore, sed potius cum dedecore & damno summo Ec-
clesiæ DEI, & cum maximo piorum dolore, imò iustâ quoq; indignatione. Non enim
integrum est ulli Bono Viro aliorum Testamenta & Confessiones Ecclesiæ mutare, cē-
sente Wigando Episcopo Pomezaniensi in Pomeraniâ Præfat. Histor. A. C. Nō
fuit Augustana Confessio solius Philippi, sed Evangelicorum Principium, Ordī-
num, Concionatorum & Ecclesiarum Confessio, teste Præfatione A. C. ad Caro-
lum V, § Cùm igitur. Ideò ut *V. M. voluntati obsequamur, offerimus in hâc Re-*
ligionis causa NOSTRORUM CONCIONATORUM & NOSTRAM con-
fessionem, eujusmodi doctrinam ex Scripturis Sanctis & puro Verbo DEI, haellenus il-
li in nostris terris, Ducatibus, dictionibus & urbibus tradiderint, ac in ECCLESIIIS
praedixant. Quare soli Philippo non licuit aliquam particulam ex cōmuni confessi-
one decerpere, aliquam inserere: sed quod ad omnes pertinet id ab omnibus curari
debeat.

3. in fine. Cùm invariata Antithesin sic infor-
mavit: *quod vitium originis negant esse peccatum. & ut*
si, disputant hominem propriis viribus rationis co-
ntraria hæc insigniter immutat & per subtrahit

Damnant Pelagianos, qui negant peccatum originis & sentiunt defectus illos seu concupiscentiam esse res indifferentes, seu poenae tantum, necesse res sua naturâ damnatas & somniant, hominem Legi D E I satisfacere posse, & propter hanc propriam obedientiam coram D E O justum pronunciari. Ubi cum primis castratio illa Prototypi in ἠποδδιοπισμῶν, ET ALIOS, dolo non vacat. Nam eo ipso Verbo Confessores tûm temporis Zwinglianos aperre factis notârunt & damnarunt, qui negârunt peccatum Originis: teste Summâ Tractatûs ad concordandam causam inter Catholicos & Lutheranos A. 1530, 16. Augustii à septem delegatis conscriptâ hoc tenore: II. Articulus de Peccato originali. In hoc quoq; concordant, & recte damnant Pelagianos, ET ALIOS UT POTE ZWINGLIANOS & Anabaptistas, qui peccatum originale negant, apud Chytræum Histor. A. C. p. 230. & cœlestinum Tom. 3. Hist. A. C. p. 43. v. supra § 14. ubi Zwinglii Confessionem de P. O. Comitibus exhibitam adduximus: de qua Philippus tûm ad Lutherum: Zwinglius misit huc Confessionem impressam typis: diceret simpliciter, mente captû esse de Peccato Originali, de usu Sacramentorum, veteres errores palâm renovat. Citra omne dubium itaq; Philippus in gratiam Zwinglianorum istas voces, ET ALIOS, erasit ut illis palpum faceret, quos damnare non amplius auderet. Quod & ipsi Calviniani Picrius, & Ludovicus Crocius contra Menzerum agnoverunt, V. B. Menzerum Disp. 5. Defens. Collat. A. C. 6. 6 sqq. p. 30 sqq. & B. Carpzovium Isagog. in Lib. Symbol. p. 149. Philippæ ergo verius Variata illa, quàm Augustana Confessio audies.

A M E N.



V O T A

Collegarum, Fautorum, Amicorum

in

festivitate[m] Nuptialem

V I R I

PLURIMUM REVERENDI & CLARISSIMI

DN. JOHANNIS SARTORII

SYMMYSTÆ EPERIENSIS VIGILANTISSIMI

tertium SPONSI,

Nobilissimam & sui sexûs Virtutibus

maximè conspicuam Dominam

CHARITATEM Gæsterin/

SPONSAM LECTISSIMAM

sibi

ritu solenniter Sacro

E P E R I E S S I N I

prid. Id. Novembr. Anno 1658.

sanctè jungentis,

devoto ac calenti

pectore

fusa.




LEUTSCHOVIAE,

TYPIS LAURENTII BREVER.

*Damnant Pelagianos, qui negant peccatum ori-
gine, cupiscentiam esse res indifferentes, seu pœnar tan-
tas & somniant, hominem Legi D E I satisfacere
dientiam coram D E O justum pronunciari.*
typi in *ἠποδδισισμῶν*, **ET ALIOS**, dolo non v-
lores tūm temporis *Zwvnglianos* aperte satis ne-
peccatum Originis: teste Summā Tractatūs a-
tholicos & Lutheranos A. 1530, 16. Augusti
tanore: *II. Articulus de Peccato originali. In-
want Pelagianos, ET ALIOS UTPOTE Z*
qui peccatum originalē negant, apud Chytraun-
tinum Tom. 3. Hist. A. C. p. 43. v. supra §
de P. O. Comitiis exhibitam adduximus: de q-
Zwvnglianus misit huc Confessionem impressam typ-
esse de Peccato Originali, de usu Sacramentorū
Citra omne dubium itaqvè Philippus in geatiam
ALIOS, erasit ut illis palpum faceret, quōs dan-
& ipsi Calviniani Pierius, & Ludovicus Croc-
V. B. Menzerum Disp. 5. Defens. Collat. A,
zovium Jfagog, in Lib. Symbol. p. 149, Ph
quām Augustana Confessio audiet.

A M E N



V O T A

Collegarum, Fautorum, Amicorum

in

festivitate[m] Nuptialem

V I R I

PLURIMUM REVERENDI & CLARISSIMI

DN. JOHANNIS SARTORII

SYMMYSTÆ EPERIENSIS VIGILANTISSIMI

tertium SPONSI,

Nobilissimam & sui sexûs Virtutibus

maximè conspicuam Dominam

CHARITATEM Gæsterin/

SPONSAM LECTISSIMAM

sibi

ritu solenniter Sacro

E P E R I E S S I N I

prid. Id. Novembr. Anno 1658.

sanctè jungentis,

devoto ac calenti

pectore

fusa.



LEUTSCHOVIAE,

TYPIS LAURENTII BREVER.

